Universitätsbibliothek Paderborn

Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei declamatoribus admodum vtilis et necessaria

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Mala quae sustinebunt anim[a]e in inferno multa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Visual Library

millia millium in inferno cruciandi, nec unquam inde liberandi, ubi nec qui torquet aliquando fatigatur, nec qui torquetur moritur. Quinto, mortis immortalitatem. Gregorius erit miſeris mors ſine morte, finis ſine fine, defectus ſine defectu, quia & mors uiuit, & finis ſemper incipit, & defectus deficere neſcit. Sexto, diuerſarum pœnarum acerbitatem. De hac materia require de pœnis inferni. Grego.

Mala, quæ ſuſtinebunt animæ in inferno, multa.

ARdentem conſcientiam. Iſa. Vermis eorum non morietur & ignis eorum non extinguetur. Et D. Hieronymus Arguet te malitia tua, & aduerſio tua increpabit te. Secundo cordis nequitiam contra deum. Apoc. Blaſphemauerunt deum cæli & terrę prę doloribus ſuis & nõ egerunt pænitentiam ex operibus ſuis. Tertio ad proximum inimicitiã. Iſa. Vnuſquiſque ad proximum ſuum ſtupebit. Quarto deſiderium carentiam. Apoc. Deſideria animę tuę diſceſſerunt à te. Et Bernardus. Quid tam pœnale quam ſemper uelle quod

Iſa. ult.
Hiero.
Apo. 16
Iſa. 13.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nunquam erit? & ſemper nolle quod
nunquam non erit? nihil obtinebit
quod uult, & quod non uult nihilomi
nus poſſidebit. Quid facient hi qui
quęrunt omnes conſolationes ſuas,
quando carebunt omni conſolatione?
Bernar. ſicut dicit Bernardus. Quid erit cum
ſe uiderit illa miſeranda conditio om
ni conſolatione nudata? Quinto, inæ
timabilem anguſtiam, quæ tunc ma
Apo.16 xima erit, ut legitur in Apoc. 16. Et
cum manducabunt linguas &c.

Munus triplex.

PRimum eſt oris; munus oris, eſt
laus, uel præces carnales. Se
cundum eſt manus. Munus ma
nus eſt pecunia. Tertium eſt obſe
quij. Munus obſequij, eſt ſeruitium
indebite impenſum, uel acceptum

Munera non ſunt accipienda pro pter quinque.

PRimum eſt, quia hominem ex
Exo.13 cęcant. Exo. Non accipias mu
nera, quæ excæcant etiam pru
dentes, & ſubuertunt uerba iuſtorum
Deut,16 Deu. Non accipias perſonam, nec mu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN